



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 18. Ejusdem summi Pontificis Constitutio circa Matrimoniorum
dissolutionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

orta, a tradita sanctissima disciplina alienos tenet.

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

Postquam igitur S. Rituum Congregatio unanimi consensu declarabat, Saulium patria Mediolanensem primo Aleria in Corsica, dein Papiæ Episcopum vitæ sanctitate, virtutibus in gradu heroico, ac miraculis inclytum tuto Beatorum honoribus decorari posse, Pontifex die vigesima tertia Aprilis ad Imperatoris, Siciliae Reginae, Sabaudia & Etruria Ducum, necnon Reipublicæ Genuensis, ac potissimorum Italiae Episcoporum preces concessit, ut idem Dei Famulus imposterum Beati nomine nobilitaretur, ejusque corpus & reliquiae fidelium venerationi exponerentur, ac de eo quotannis die vigesima tertia Aprilis Officium & Missa recitari posset. Præterea idem Pontifex indulgit, ut non modo in Bohemiae Regno, sed in omnibus hæreditariis Domus Austriae regnis Festum S. Joannis Nepomuceni sub ritu duplici secundæ classis celebrari, & de eo propria Missa & officium cum octava peragi valerent.

§. XVIII.

Benedicti XIV. Pontificis Constitutio circa Matrimoniorum dissolutionem.

Præterea idem Pontifex totus in eo erat,

D d 3

Sæc. XVIII. A. C. 1741. rat, ut subnascentes corruptelas, quibus
 & animarum salutis perniciem & Sacra-
 mentis Ecclesiæ injuria inferretur, rati-
 citus everteret: cum ergo compertum
 haberet, quod in quibusdam Ecclesi-
 sticis curiis inconsulta nimis Judicio
 facilitate quandoque Matrimonia tan-
 quam nulla pronuntientur, & Conju-
 gibus ad alia vota transeundi potestas
 datur, hinc jam primo Pontificatus
 anno Episcopus illarum partium, ad
 prædicta corruptela invaluisse discer-
 tur, datis literis ad abolendam hæc
 corruptelam vehementer hortatus est.
 Verum ab his responsum fuit, hoc
 lum sæpe contingere, partim, quod
 dice ordinario vel absente vel impedi-
 Delegati Judices nullo vel levi exami-
 habito ejusmodi matrimonia ceu
 declarent, partim quod inter conju-
 de valore sui matrimonii litigantes
 una duntaxat pars compareat, & ipsa
 ipsius allegata dissolutionem obtineat
 nemine appellationem interponente
 vel quia una pars matrimonium
 validum esse propugnans, post senten-
 tiam in sui favorem latam ob litis ex-
 fas causam suam deserat, & pronuntia-
 fiet. Eapropter Pontifex die tertie
 vembris statuit, ut in posterum
 Matrimoniales duntaxat ab Episcopo
 vel aliis ab eo cum consilio sui Capituli

nominandis cognoscantur, ac ubique Ma-
 trimonii Defensor nominetur, qui co-
 ram legitimo Judice ac testibus Matrimo-
 nii valorem tueri sub juramento te-
 neatur, partes vero primum ad alias
 nuptias transire possint, si per primam
 & secundam Judicis sententiam matrimo-
 nium fuerit ceu nullum declaratum,
 nec a parte vel Defensore appellatum &c.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1741.

§. XIX.

*Ejusdem summi Pontificis declaratio
 super matrimoniis Protestan-
 tium in Hollandia &
 Belgio.*

Jam dudum inter Episcopos, Parochos,
 & Hollandiæ ac Belgii Missionarios
 gravis & ultro citroque agitata verteba-
 tur controversia, utrum in Fæderati Bel-
 gii locis matrimonia Hæretici cum Hæ-
 retica, vel Hæreticæ cum Catholico &
 vicissim inita, non servata Tridentini for-
 ma, valeant, necne? Ut ergo hæc quæ-
 stio tandem Sedis Apostolicæ judicio
 definiretur, Belgii ac Hollandiæ Epi-
 scopi ac præcipue Yprensis jam ad Cle-
 mentem XII. Papam supplices recurre-
 bant. Hic quoque de tota controversia
 pro rei gravitate cognoscendi negotium
 dedit Sacræ Congregationi Cardina-
 lium Concilii Tridentini Interpretum,
 D d 4 qui